



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

[Lib. III.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

nosterræ sanctæ. Hæc Hebræorū opinio nimis angusta est & tenuis, nec altitudinē attingit diei dñi, sed neq; ad tēpora Romani pertingit imperij, sub quo multo magis uæ illis fuit q̄ sub Assyriorū siue Chaldæorū, Persarū & Mæcedorum atq; Macedonū regnis. Refertur mus ergo cū hæc ad diē dñi, ad aduētū dñi. Nā terror maiestatis eius leoni & urso nō in cōgrue potest assimilari, p̄sertim cū Hieremias in lamētationibus p̄mittēs: sed & cū clamaro & rogauero, exclusit orationē meā, conclusit uias meas lapidibus quadris, semitā mā subuertit, continuo subiunxerat. Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis. Itaq; cū dicit, quomodo si fugiat uir à facie leonis, & ursus occurrat ei, in utraq; similitudine diē intellegimus domini, primū & secundū aduētū domini. Nam in primo aduentu suo tanq̄ leo super illos uenit. Deniq; occisus quidē est uelut agnus, & nō aperuit os suū, sed tanquā leo resurrexit, & in omnē terram rugitū dedit: unde & in exordio hic idem propheta dixit, Dominus de Syon rugiet, & de Hierusalē dabit uocē suā. A facie leonis huius tunc quidē fugerunt, sed nō effugerunt: nam fugere uolentibus occurrit siue occurrerit ursus, id est, inenitabilis terror secundi aduentus: & merito talis ursus illis occurrit, quoniā fugerunt à facie leonis. Debuerant nanq; potius coram illo leone prosterni, id est, agere p̄nitentiā ad prædicationem euāgelij Christi. Sicut em̄ leo prostrato parcere dicitur homini, sic parciť Christus peccatori p̄nitentiā agenti. Fugerunt ab eo tanquā rebelles & increduli, & fugiendo exierunt de domo domini, de ecclesia sanctorum dei, illo insequente, & uindictam exegit te eius, qui effusus est super terram, omnis sanguinis iusti, sicut significauit eis, quando factio flagello de funiculis uedentes & ementes omnes de templo eiecit. Ita fugientes ille leo insequutus est, et ursus occurrit, dum & sicut prænuñciauerat dicens. Erit em̄ pressura magna super terram & ira populo huic, uenientibus Romanis ceciderūt in ore gladij, & in oēs gentes ducti sunt captiui, & quod futurū est, uidebunt in quē transfixerunt, & de angustia auolare nō poterunt. Interea dū ita inter leonē & ursum, id est, inter irā primī & irā secundi aduentus, siue diei dñi, ingrediuntur domū, & innituntur manu super parietē, confidendo in cærimonijs carnalibus, & patronū se putantes habere Mosen. Nā sup illū quasi sup parietē manu innituntur, dū circūcidendo & sabbatizando in Mose gloriātur, sicut auribus nostris eos iactitantes frequēter audimus. Hoc sciēs dñs, est q̄ accuset uos (ait) Moses, in quo uos speratis. Nimirū spes illa nō uera spes, sed diaboli deceptio est. Iccirco cū dixisset, ingrediatur domū & innitatur manu super parietē, addidit, & mordeat eū coluber. Ita nanq; p̄sumētes, & Antichristus in hoc seculo seducet, & in futuro diabolus cruciare nō desinet. His dictis protinus in clamando percunctatur et dicit. Nunquid non tenebræ dies dñi et nō lux, et caligo et non splendor in ea? Acriter interrogat, districtē percunctatur, sciens quia negari non potest quod prædixerat, dies dñi ista tenebræ et nō lux. Sciens (inquā) confusione esse tenebrosam caliginēq; confusam, nullāq; splendore consilij lucē, ubi dū leo fugitur, ursus occurrit, et dū uterq; declinatur, adest mordens coluber. Et bene p̄cunctationis acrimoniā uimq; geminauit, uerbis paululū diuersis, dicendo, Tenebræ et non lux, caligo et non splendor. Nunc (sicut iā ante diximus) dies dñi, nō unus, sed duo: siue aduentus dñi nō unustantū sunt, sed duo: alter quo iā uenit: alter sine dubio quo uenturus est. Vterq; Iudæis incredulis prouenit in iudiciū damnationis, in damnationē cæcitatatis. Nam de primo, in iudiciū (inquit) ego ueni in hunc mundū, ut qui non uident, uideant: et qui uident, cecifiant. Et Apostolus: Cæcitas (ait) contigit in Israhel et dedit illis spiritū compunctionis, oculos ut non uideant, et aures ut nō audiant. Et in Esaia, Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius claude. Item: Miscuit uobis dñs spiritū saporis, et claudet oculos uestros, prophetas et principes uestros qui uident uisiones, operiet. Et multa his similia. Porro de secundo aduentu post multa dicit. Et suscipiet sursum, et ad terram intuebitur, et ecce tribulatio et tenebræ, dissolutio, angustia, et caligo persequens, et non poterit auolare de angustia sua. Recte igitur non contentus fuit, semel dixisse, Nunquid non tenebræ dies domini et non lux: sed repetiuit, et caligo et non splendor in ea: quia uidelicet in utroque die siue aduentu domini, cum exteriori angustia tribulationis, intus habent tenebras confusions, et in utroque obscurantur oculi eorum ne uideant, in utroque fit uia illorum tenebræ et lubricum. SEQUITVR. Quid z proieci festiuitates uestras,

Tren. 5.

Leo prostrato hoi parciť.

Iohan. 7.

Lucæ. 21
Zach. 12
Esa. 8.

Iohan. 8.

Duo aduentus domini, Iudæis reprobis uterq; in dānationem, Ioh. 9.

Rom. 11
Esa. 6
Ibi. 29.

Ibi. 8.

et non capiam odorem coetuum vestrorum. Quod si attuleritis holocaustomata et munera vestra non suscipiam, et vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer a me tumultum carminum tuorum, et cantica lyrae tuae non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudicium, et iustitia quasi torrens fortis. Secundum sensum quem a pariete paulo ante habuimus. Vbi dixit, quod innitente manu mordeat eum coluber, ista satis congrue subiungunt: Nam sicut illi portaret paries festiuitatum quas deus odisset? Odi enim (inquit) & non solum odi, uerum etiam proieci festiuitates uestras. Recte ergo & non sine magno mysterio Paulus, cum staret in concilio iherosolimitano, dicitur ad eos, percussit te deus paries dealbatus. Cuius qui astabat diceret, iustum sacerdotem dei maledicis: Nesciebam (inquit) fratres quia princeps sacerdotum est. Vere enim dicebat, neque scire uolebat aut debebat, quod princeps ille sacerdotum esset, cuius sacerdotum festiuitates uel prophetia haec odisset & proiecisset, eo quod esset paries, super quem quod inniteretur manu, mordeat eum coluber. Necdum uero percussus erat, stabatque adhuc paries illius sacerdotum dealbatus, utpote stante templo pulcherrimo, solitaque religione turbis locum frequentantibus atque concubitantibus, sed postmodum futurum erat, ut per arma Romanorum percuteretur atque deleteretur deus. Ita paries ille percussus ex tunc neque dealbatus, neque superinductus est, ut gloria praesentis recuperaret. Unde postmodum hic idem propheta dicit. Haec ostendit mihi, & ecce dominus stabat super murum lituum & in manu eius trulla cementarii. Et dixit dominus ad me. Quid tu uis? Amos? Et dixi. Trullam cementarii. Et dixit dominus ad me. Ecce ponam trullam in medio populi mei Israel, non adijciam ultra superinducere eum. Cuncta haec quae nunc reprobata dicuntur. Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem coetuum uestrorum, holocaustomata & munera uestra non suscipiam, & uota pinguium uestrorum non respiciam, aufer a me tumultum carminum tuorum, & cantica lyrae tuae non audiam; cuncta (inquam) haec, dum adhuc starent & celebrarentur, paries superinductus erat & dealbatus: nunc autem palam est, quia proiecit ea deus. Odisse autem & proicere & non adorari, humana dicitur similitudine, ut nos fecerit dei nostris sermonibus cognoscamus. Notandum interea qualiter dixerit, quod iustitia reuelabitur mihi holocaustomata uestra & munera uestra, non suscipiam. Mihi dixit: Non iustitia, quibus sacrificabant in Bethel & in Dan. Hoc aduersus Iudaicam dicimus defensionem, quoniam illi dicunt, iccirco sic deum loqui & dicere, odi & proieci festiuitates uestras, & cetera, quia tunc temporis sacrificabant uitulis quos fecerat Hieroboam. Et pulchre dicit: Aufer a me tumultum carminum tuorum, & cantica lyrae tuae non audiam, uidelicet cantica leuitarum, quibus laudabant dominum, tumultum uocamus, sonitumque confusum, quia non est pulchra laudatio in ore peccatorum. His dicitis quibus reprobationem manifeste denunciat illius populi siue carnalis iudicium, non ab re continuo subiugit, reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Ueraciter namque reuelatione indiget, nec ab alio intelligi potest profunditas huius iudicij, quod sic iudicium & sic factum est, ut fractis (sicut iam supra diximus) naturalibus ramis, insererentur alij bonae uoluntatis dei, non (inquit) ab alio potest intelligi, nisi ab illo cui deus per spiritum suum reuelare dignatus sit. Unde apostolus, cum de hac re diu disputasset, tandem sic exclamauit: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quae incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Non ab re ergo (ut iam dictum est) reuelabitur (inquit) quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis: quia uidelicet sicut aqua latentem quidem habet originem, sed cursum manifestum & conspicibilem: sic profunditas iudiciorum dei incomprehensibilis quidem est, sed ex multis rebus apparentibus cognoscitur, quia iudicium eius omne iustum est. Et bene cum dixisset, reuelabitur quasi aqua iudicium, ad dicitur & iustitia quasi torrens fortis: haec uidelicet innuens, quod iustitiae siue iusto iudicio dei nullus resistere, nullus saltem respondere possit: quemadmodum idem apostolus de hac ipsa re conuertens, cum praemisisset: Dicitis itaque mihi, quid ergo adhuc quaeritur, uoluntati enim eius quis resistit? repente iusta cum indignatione inelamauit: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figmentum luti, ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Reuelatur utrumque dicit, Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis: quia uidelicet sanctae scripturae auctoritas, quae ubique iustitiam dei defendit, & pro-

Sacerdotium
Iudaeorum pro
iectum.
Act. 23.

Paries dealbatus.

Infra. 7

Proiectio Iudaicarum caeremoniarum.

Ecci. 15.

Ro. 11.

Roma. 9

cem inquisitorem proterue respondentem fortiter repellit, & humilē auditorē aliquantula
 reuelatōe suauiter instruit, quē admodū idē ap̄lus, ubi reppulit hominē proteruū, dicēdo. Q
 hō tu q̄s es gr̄ides deo: cōuersus ad humilē auditorē, blandius loquitur illi dicēs. Q, si uos
 lens deus ostēdere irā, & notā facere potētia suā, sustinuit in multa patiētia uasa iræ apta in
 interitū, &c. Nimirū ad eādē iudiciū uel iustitiæ reuelationē p̄inet id q̄ sequitur in isto p̄
 pheta, cū deus ipse p̄cunctat & dicit. Nūquid hostias & sacrificiū obtulistis mihi in
 deserto quadraginta annis domus Irahel: Statimq; subiūgit. Et portastis taber
 naculū Moloch uestro & imaginē idolorū uestroꝝ, sydus dei uestri, que fecistis uo
 bis. Et migrare uos faciā trans Bamaſcū, dixit dñs deus exercitūū nomē eius. J
 Hoc (inquā) ad reuelationē p̄inet iudiciū uel iustitiæ dei. Per hęc nāq; multū excusat deus,
 q̄ nō iniuste populū illū proiecerit, uel q̄ nō mutabilitate animi usus sit, & nouo consilio, in
 eo q̄ taliter genē relique rit, quā olim bonis exigētibus meritis sibi peculiarē elegerit. Nun
 q̄ em̄ cor illorū cū eo rectū fuit (ait psalmus) nec fideles habiti sunt in testamento eius. Inde
 illos cōuincit sub interrogatione dicēdo. Nūquid hostias & sacrificiū obtulistis mihi in de
 sero quadraginta annis &c. ¶ Ergo nobis quoq; iudiciū et iustitiā dei in hac seueritate, qua
 naturalibus (ut superius iā dictū est) ramis nō pepercit, recurramus aptis oculis ad illa tem
 pora, ad q̄ nos p̄sentia dicta remittit. Egressi de terra Aegypti, transito mari rubro, statim
 fecerūt caput uituli cōflatilis, & ei prius altare fecerunt, q̄ deo, prius holocausta & hostias
 pacificas illi obtulerūt q̄ dño. Adhuc em̄ Moses in monte cū deo loquens, de tabernaculi
 constructione, & cōstituendo sacrificiorū ritu instruebatur, & inter moras illas fecerūt hoc
 scelus: & tunc quidē Moses, quasi uindictā aliquā fecit, dicēdo, ponat uir gladiū super fœ
 mur suū, ceciderūtq; in die illa quasi uigintitria milia hominū: sed illa non fuit uindicta uel
 sententia dñi, neq; em̄ dñs hęc fieri iussit, sed Moses bono zelo districte pius, pie districtus
 irā dei præuenire accelerauit, uindictā dei penitus auertere conatus est. At ille sciens, q̄ nō
 cessarent ab huiusmodi peccatis: illa, quā fecit Moses, uindicta contentus esse noluit, sed
 dixit. Ego autē in die ultionis uisitabo & hoc peccatū eorū. Item. Populus dure ceruicis es,
 semel ascendam in medio tui, & delebo te. Cum ergo præmissa, & reuelabitur quasi aqua
 iudiciū, & iustitia quasi torrens fortis, subiungit. Nunquid hostias & sacrificiū obtulistis mi
 hi in deserto quadraginta annis? Satis excusatū se esse uult, q̄ non nouis pro causis mutato
 animo nouam sententiā quæsierit uel dederit in reiectione illius populi. Et ut competēt
 sermo sequens coniungatur, cū dicit. Nunquid hostias & sacrificia obtulistis mihi, subau
 diendū est, non, sed uitulo quē fecistis: ac deinde legendū. Sed portastis tabernaculū Mo
 loch uestro, & imaginē idolorū uestroꝝ, sydus dei uestri, quem fecistis uobis. Et est sensus,
 Moses quidē arripiens uitulū quē fecistis combussit & contriuit usq; ad puluerē, sed uos in
 cultu idolatriæ perseueraſtis, & illas uobis figuras proposuistis, quas cōfringere, uel cele
 stes esse negare nō posset, id est, sydera cœli. Hoc respiciens Stephanus prothomartyr, cū
 dixisset, & uitulū fecerūt in illis diebus, & obtulerūt hostiā simulachro, & lætabantur in o
 peribus manū suarū, continuo subiunxit. Cōuertit autē deus, & tradidit eos seruire militiæ
 cœli, sicut scriptū est in libro prophetarū. Nūquid uicimas aut hostias obtulistis mihi, &c.
 Qualis autē illa conuersio fuit, qua deus illos ita conuertit? Nunquid hęc tota fuit intentio
 dei uel Mosi uitulū cōfringentis, ut non formā uituli, sed potius militiam adorarent uel sy
 dera cœli? Nam cū dixisset hic, & portastis tabernaculū Moloch uestro, & imaginē idolo
 rū uestroꝝ, quæ sit ipsa imago uel idolum, saquenti sermone demonstraui, dicendo, sydus
 dei uestri, id est luciferi, quē huc usq; uenerantur Sarracæni. Qualis ergo illa conuersio fu
 it? Nimirū dolenda & longe diuersa ab eo quod deus intendebat. Idem enim est ac si dicat.
 Deus quidē uel Moses, cōfringendo uitulū, hoc intendit ut potius conuerterentur ad
 adorandum sydera cœli, ad portandū non tabernaculū dei, quod Moses fecit ex præcepto
 dei, sed tabernaculum Moloch, id est, regis sui scilicet luciferi, quē honorabant ut deū, nū
 cupantes eū regem suū. Ex eo tempore omnia quæ fecerūt, nō deo, sed idolis fecisse mon
 stratur. Nam quod postq̄ uitulū fecerūt, quædam dño legimus eos obtulisse, nō uolūtate,
 sed pœnæ metu fecerunt: & eorū interfectione, qui propter idola corruerunt. Reuelatum
 est ergo iudiciū, uidelicet illi qui attendunt in scripturis merita rerū præcedentiū, & iccirco
 migrare

Exo. 19.
 Pfal. 77.

Verus Iudæo
 rū idolatria, i
 deserto.

Exo. 32.

Exo. 33.

Act. 7.

COMMENTA RVPER ABBA LIB III

Deus exercituum.

CAP. VI.

Mira in factis
lis eloquia.

Psal. 67.

Aug. de doc.
christiana. li.
4. cap. 7.

Artificium elo
quii in hoc
propheta.

migrare (inquit) uos facia trans Damascū, id est, in Babylonē ducemini, q̄ utiq; uobis scdm
sitū terræ est trans Damascū. Hoc dixit dñs: hæc facere proposuit ac præfinit dñs. Quis
uel qualis dñs? Vultis scire nomē eius? Deus exercituum nomen eius. Et quā ob causam
fenti loco tali noie illū nuncupari decuit? Videlicet quia multos iudicio uel iustitiæ suæ fa
mulantes habet exercitus, ut suus cōtra uos sermo cōpleatur. Habet exercitus Assyriorū
atq; Chaldæorū: habet exercitus Mædoꝝ atq; Persarū, habebit exercitus Macedonū sine
Græcorū, habebit exercitus Romanorū: p̄ quos utiq; manifestū omni mundo de uobis age
tur iudiciū, & tunc uobis uæ. Sequitur em̄. **U**e uobis qui opulenti estis in Syon, &
confiditis in monte Samarię, optimates capita populorū, ingredientes pompaticę domū
Israhel. **T**ransite in Calamne & uidete, & ite inde in Emath magnā, & descēditē
nam, & descendite in Geth Palestinorū, & ad optima queq; regna horū si latior
terminus eorū termino uestro est. **Q**ui separati estis in diem malū, & appropin
quatis solio iniquitatis. **Q**ui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis ue
stris. **Q**ui comeditis agnū de grege, & uitulos de medio armenti. **Q**ui caminis ad
uocem psalterij, sicut Dauid, putauerunt se habere uasa cantici, bibentes in phya
lis uinū, & optimo unguento delibunt, & nihil pariebantur super contritione Ioseph.
Manifeste istud uæ cōtra sacerdotes impios declamatur, illud autē uæ superius. **V**e
de siderantibus diē dñi, cōmuniter omnibus cōtemporibus iudicij dei declamātū est cuius
cunq; ordinis sint. ¶ **N**on præterire libet hoc loco, magnū esse miraculū eloquentiæ popo
lensis in scripturis sanctis: quia uidelicet cū intellectu interno magnā sit maiestas mysterio
rū celestiu, nihilominus in superficie pulcherrimū nitet eloquiū, tanq̄ si p̄ciosam inuenias
thecā, quæ extrinsecus argentea, p̄ciosum intus aurū retineat, iuxta illud psalmi. Pennæ cor
lumbæ de argētata, & posteriora dorsi eius in pallore auri. **Q**uod idē est ac si dicat. Sancta
scripturæ litera pulchra extrinsecus est & lucida, intrinsecus autē multo pulchriora, multo p̄
ciosa, cōtinet spiritualis intelligentiæ mytheria. **S**ed nunquid ista res assertione nostra in
digeret? **A** sanctis patribus magnifice perspicuum atq; animaduersum est, qd̄ nec in isto pro
pheta, qui de pastore assumptus est, defuerit aut defuit illa, qua seculares multū tument, & p̄
quentia, sapientiæ celestis comes. **B**eatus pater Augustinus, diuini sermonis ponderator
fidissimus, inter cætera locū hunc pro exemplo tractandū suscipiens. **D**icendū (inquit) mi
hi aliquid esse uideo & de eloquentia prophetarū, ubi per tropologiā multa obteguntur, que
quanto magis translatis uerbis uidentur operiri, tanto magis, cū fuerint aperta, dulcescunt.
Et ex illius prophete libro potissimū hoc faciā, qui se pastore uel armētariū fuisse dicit, at
q; inde diuinitus ablatū, missumq; ut dei populo prophetaret. **C**ū igitur argueret impios su
perbos, luxuriosos, & ideo fraternæ negligentissimos charitatis, rusticus uel ex rusticis iste
propheta exclamauit dicens. **V**e qui opulenti estis in Syon, & confiditis in monte Samari
ę, &c. **N**unquid nā isti qui prophetas nostros, tanq̄ ineruditos & locutionis ignaros, uel
docti disertiq; cōtemnunt: si aliquid eis tale uel in tales dicendū fuisset, aliter se uoluissent di
cere, qui tamen eorū insanire noluisent? **Q**uid em̄ est quod isto eloquio aures sobrie plus
desiderēt? **P**rimo ipsa inuēctio quasi sopitis auribus ut euigilarēt, quo fremitu illisa est. **V**e
uobis qui opulenti estis in Syon, & cōfiditis in monte Samarię, optimates, capita populorū,
rū, ingredientes pompaticę domū Israhel: **D**einde ut beneficijs dei, qui eis ampla spaciata
gni dedit, ostenderet ingratos, quoniā cōfidebant in monte Samarię, ubiq; utiq; idola con
lebantur: **T**ransite (inquit) in Calamne & uidete, & ite inde in Emath magnā, & descēditē
in Geth Palestinorū, & ad optima queq; regna horū, si latior terminus eorum, termino ue
stro est. **S**imul etiā cū ista dicuntur, locorū nominibus tanq̄ luminibus ornatur eloquiū, que
sunt Syon Samarię, Calamne, Emath magna, & Geth Palestinorū. **D**einde uerba, que his
adiunguntur locis, decētissime uariantur. **O**pulenti estis, cōfiditis, transite, ite, descēditē. **C**ū
sequenter denunciatur futura sub iniquo rege appropinquare captiuitas, cū adiungitur: **Q**ui
separati estis in diē malū, & appropinquatis solio iniquitatis. **T**unc subiunguntur merita lu
xurię. **Q**ui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris. **Q**ui comeditis agnū de
grege, & uitulos de medio armenti. **I**ta septē mēbra tres bimēbres circuitus ediderunt. **N**ā
em̄ ait, qui separati estis in diē malū, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in
lectis eburneis, qui comeditis agnū de grege, & uitulos de medio armenti.

Et is eburneis, qui lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnū de grege, qui uitulos de medio armenti. Quod si ita diceretur, esse quidem & hoc pulchrum, ut ab uno pronomine repetito omnia sex membra decurrerent, & pronunciantis uoce singula finirentur: sed pulchritus factū ē, ut idē pronomini essent bina subnexa, quæ tres sententias explicarunt: unam ad captiuitatis prænunciationem, qui separati estis in diem malum, & appropinquatis folio iniquitatis: alteram, ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris: ad uoracitatem uero tertiam pertinentem, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti: ut in potestate sit pronunciantis, utrum singula finiat, & membra sint sex, an primū & tertium & quintum uoce suspendat, & secundum primo, quartum tertio, sextum quinto conuocando: tres bimembres circuitus decemissime faciat, unū quo calamitas imminēs, alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga mensa mō. iratur. Deinde luxuriosam remordet aurium uoluptatem, ubi cum dixisset: qui canitis ad uocem psalterij (quoniā potest exerceri sapienter à sapientibus musica) mirabili decore dicendi, inuentionis impetu relaxato, & non ad illos sed de illis loquens: Vt nos musicam sapientis à musica luxuriantis distinguere commoneret, non ait: qui canitis ad uocem psalterij, & sicut Dauid putatis uos habere uasa canticis: sed cum ad illos dixisset illud quod luxuriosi audire deberent, qui canitis ad uocem psalterij: imperitiam eorum alijs quoq; quodammodo indicauit, adiungens, sicut Dauid putauerunt se habere uasa canticis. Bibentes in phyalis uinum, & optimo unguento delibuerunt. Tria hæc melius pronunciantur: si suspensis duobus prioribus membris, circuitus tertio finiat. Iam uero q̄ his omnibus adijcitur. Et nihil patiebantur super contritione Ioseph, miro decore dictum est: Non dixit, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, ut quicumq; frater proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, uel in malis quæ p̄dit, uel in bonis quæ rependit. ¶ Hæc de pulchritudine literæ præsentis loco dicta sint cum oportuna commemoratione tanti doctoris qui sanctæ scripturæ uenustatem cognoscens, & cognitam esse uolens, capitulum hoc pro exemplo assumpsit & quodammodo digitis suis lippientes oculos terfit, ut clare uideamus, q̄ splendida comiteloquentia sapientiam dei, loquentem in prophetis, non intēta in eloquentiam sapiētia, sed à sapientia non recedente eloquentia. Nunc ad sensuum mysteria recurramus. ¶ Væ (inquit) qui opulenti estis in Syon, & confiditis in monte Samaria. Vtrūq; excidium siue utrāq; captiuitatem denunciat. i. & duarū tribuum, quarū regia ciuitas erat Syon: & decem, quarū metropolis erat Samaria. Cum autē dicit: Væ qui opulenti estis in Syon, non illam arbitremur solummodo denunciari captiuitatē, qua transmigrauerunt duæ tribus in Babylonem, reditura post septuaginta annos, sed multo magis illam, qua nunc dispersi sunt in toto mundo destructa ciuitate & templo, quo stante sacerdotes impij nimis opulenti erant in Syon, qui & de opulentia superbientes pauperem Christum crucifixerunt propter hoc solum: quia disputabat contra opulentam auaritiam illos. Illius nāq; temporis optimates & capita populi, Anna & Cayphas, cæteriq; principes & seniores, reuera separati fuerunt in diem malum, & appropinquauerunt folio iniquitatis, qui malo tempore male nati (melius em̄ illis erat si nō fuissent nati) adiudicauerūt morti filiū dei, quod ueraciter fuit appropinquasse se folio iniquitatis. De illo iniquitatis folio furor præcipitē dedit pontificē, quando dicenti, adiuuor te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es filius dei: respondit Iesus, tu dixisti, & ille scidit uestimenta sua, dicēs, blasphemauit: iamq; extunc nec solum illud iniquitatis subsistere, nec pontifex in eo sedere potuit. Non dubitamus, quin illi iam præsentis fuerint propheticis spiritui, ita ut uideret eos miro modo appropinquantes, imō irruentes, & impetū clamoris inordinati facientes, folio iniquitatis: quando sedente Pylato pro tribunali, & dicente: Ecce rex uester, tolle, tolle, clamabant: crucifige eum, non habemus regem nisi Cæsarem, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Illius ergo temporis optimates reuera, ut iam dictum est, separati fuerunt in diem malum, & appropinquauerunt folio iniquitatis, & illis nihilominus sequentia liquet ascribi, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Nam & Iacobus Ap̄s scdm̄ hunc ip̄m sensum cum præmisisset, agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs, quæ aduenient uobis postmodum subiunxit: Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda uestra. In

Iudæorū duplex captiuitas

Mat. 14

Matth. 26.

Ichā. 19.

Iaco. 5.

R die oc

die occisionis adduxistis, occidistis iustum, & non restitit uobis. ¶ Cætera quæ sequunt, qui canitis ad uocem psalterij, sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici, bibentes in phyalis uinũ, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebant super cõtritione Ioseph: tam graui ter q̄ ueraciter eisdem congruit: quippe de quibus (ut ipse dñs testatus est) bene prophetauit se habere uasa cantici, sicut habuit Dauid, quàmlibet clare uel alte canerent ad uocem psalterij labijs suis. Et quis illos dubitet illa nocte, qua dominum comprehenderunt, bibisse uinũ usq; ad uomitum, cum esset paschalis uespera illorum? Idcirco recte & hic redarguuntur, dicendo, bibentes in phyalis uinum. Et in Psalmo, cum ex persona ipsius Propheta loquens

Math. 17
Esa. 29

Psal. 68.
Ioseph typus
Christi in cru
ce.

Psal. 104.

Math. 27

Iohã. 9

Transmigrã
tium caput,
Iudæi

Factio lasciu
orum

Aduersum me (inquit) loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant uinum. ¶ Quàm maxime autem & illud uerum est, quod tandem infert, & nihil patiebantur super contritione Ioseph: si quidem rite perpendas, q̄ ipse pulcherrime censeatur nomine Ioseph, cuius typum prætulit, in seruum uenundatus est Ioseph, & humiliatus in compediibus & afflicti, ita ut ferrum pertransiret animam eius. Et deinde princeps Aegypti factus. Etenim dum contritus in cruce penderet dñs, nihil patiebantur super contritione eius. Deniq; ut taceam q̄ pendente irridebant, q̄ prætereuntes blasphemabant eũ, insultantes, & mouentes capita sua & dicentes: Vah, qui destruit templũ dei, & in triduo illud reedificat, salua temetipsum. Vt (inquam hæc taceam. Illud satis indicat quam uere nihil paterentur super contritione eius, qd̄ cum diceret: sitio, spongiam plenam aceto, hyso po circumponentes, obtulerunt ori eius. Quis enim nõ miret, q̄ longe à cõpassione eius fuerint, qui tali in hora, tanta in angustia, tali in siti, dicent: sitio, potauerunt aceto? Magna igit & subtili statera ponderantur est, q̄ dicit: Et nihil patiebant sup cõtritiõẽ Ioseph. Dicat itaq; istis impijs dormientibus & la sciuentibus, comedentibus & bibentibus, comedendo & bibendo canentibus, & nihil super contritione Ioseph patientibus. Transite in Calamne & uidete, & ite in Emath magnã, & descẽdite in Geth Palestinorũ, & ad optima quæq; regna horũ si latior terminus eorũ termino uestro est. Et quidẽ satis scitis, q̄ regnoꝝ omnĩũ uniuersitas termino uestro, i. terra promissionis, latior sit: sed aliter scire habetis, sed oculis uestris uidebitis, inuiti & longatũ uidedũ captiuitate detenti. Hæc irratio talis ẽ, ac si cum quis mergitur in caminum ignis, dicitur ei: Vade & uide utrum caleat: aut si illi, qui in mare proijciendus est, dicitur: Vade & uide utrum profundum sit Calamne ciuitatem Persidis. Et Emath magnam, quæ nunc Antiochia nominatur, magnam uidelicet ad distinctionem minoris Emath, quæ appellat Ephyphania, & Geth Palestinorum & optima quæq; regna horum, satis est dixisse pro cunctis gentibus, ad quas ducendi erant captiui, de qua uidelicet captiuitate & prinus subiungit. ¶ Quapropter nũc migrabũt in capite transmigrantiũ & auferet factio lasciuientium. Quid enim est dicere, in capite transmigrantium nunc transmigrabunt, nisi ac si diceret: mirabilius imò miserabilius, & maiori cum spectaculo totius orbis migrabunt quã migrauerũt unq; homines alij siue populi quicũq; transmigrauerunt siue transmigratori sunt: Si quidem multi uicti, alijs uince ntibus, de suis sedibus migrauerunt, & captiui ducti sunt: sed isti uicari put suere & sunt oim transmigrãtium, ut nullus unq; transmigrãtõis tale fuerit uel esse poterit miraculum. Quod ipse Iosephus perpendens, cum excidium illoꝝ miserabile meritasq; illoꝝ miseras describeret: singillatim quidem (ait) iniquitates eorũ narrare nõ potero, ut aut breuiter dicã, neq; aliam ciuitatem unq; talia perpeffam esse puto, neq; ulla nationem post memoriam hoim malitiæ ferociorem fuisse. Itaq; (inquit) in capite transmigrantiũ nũc migrabunt. i. pro qualitate & quãtitate transmigrãtõis, oim transmigrãtium siue captiuoꝝ erunt. Et quidem, qm̄ dicit, nũc migrabũt, de captiuitate, quæ tunc inibat, decem tribuũ recte intelligit dictũ: sed nihilominus, imò multo amplius, de ista postrema captiuitate est sentiendũ, qua Iudæi ducentibus Romanis captiuati & dispersi sunt. Neq; em̄ ista latebat spiritum propheticum, cum tota sine dubio prophetiæ specularõis intentio maxime spectaret in Christi aduentum. Et auferetur (ait) factio lasciuientium. Factio iuratio, uel consensus est maloꝝ. Coniurasse autem uel consensisse illos in Christi necem, notum est, agentibus pontificibus, & senioribus qui turbis per suaserunt, & hoc cum ruitum misq; crudeli lasciuia, siue lasciuia crudelitate, qua illũ nocte illa illuserunt, colaphizantes q̄

pis cædentes, conspuentes, genas illius uellentes, spinis coronantes, & ad ultimū crucifigen-
tes. Ergo q̄ ait, auferetur factio lasciuientium, magnam denunciat futuram imbecillitatem
illoꝝ qui fecerūt ea quæ iam dicta sunt. Videlicet in eo, q̄ (sicut nunc uidemus) factiosi esse
nequeant, cōspirare siue cōiurare nō ualeant, ut quenq̄ illoꝝ qui inuocāt Christū interficiāt.

¶ Et quidem tpe, quo Christum interfecerūt, iam ita diminuti capitis erant, ut de semetipsis
iudices nō haberent. Vnde & Pylato dicente: Accipite eum uos, & scdm legem uestram iu-
dicare. Responderūt: Nobis nō licet interficere quenq̄: ueꝝ tamē adhuc ita factiosi erāt &
esse poterant, ut concilium colligerent, & coram Romana potestate præside petēdo illum
crucifigi, tumultum facere auderent: & deinde quosdam ex illis sapientibus & prophetis,
quos post resurrectionē suā misit ad illos, occidere, crucifigere, in synagogis suis flagellare,
& de ciuitate in ciuitate psequi auderēt. At uero post annos quadragintaduos migrauerunt
(sicut iā dictū est) in capite trāsmigrātū, & ex tūc sic eoz ablata est factio, ut iā fremere siue
aduersus dñm & aduersus Christum eius palam assistere nō audeāt, uidētes publicæ cōtra se
& circa se adorari Christū, & esse dñm, iuxta illud: Dñare in medio inimicoꝝ tuoz. Sequit̄.

L. Jurauit dominus deus in anima sua, dicit dominus deus exercituum. Detestor
ego superbiam Jacob, & domū eius odi, & tradā ciuitatē cum habitatoribus suis. |
Mirum dictū est, q̄ iurauit dominus, & hoc in anima sua: non q̄ deus animam habeat, sed
quo humanis loquitur affectibus, quid iurauit dominus deus in anima sua? Videlicet q̄ de-
testor superbiam Iacob & domū eius odio habeat, sicut & in Esaia dicit: Neomenias & sab-
bata uestra & dies festos odiuit anima mea: & q̄ tradat ciuitatē cū habitatoribus suis. ¶ Qd̄
dixerat, detestor ego superbiam Iacob, repetiuit, & quæ fuerit superbia Iacob, exposuit di-
cendo, & domū eius odi, domū eius. i. templum quod singulare tunc erat, superbiam eius fu-
isse dicit. Hoc ita esse, ex alijs eiusdem dñi dei uerbis apud Ezechielē cōprobatur: Ecce ego
(inquit) pollua sanctuariū meū, superbiam imperij uestri. Nimirū hoc uel illud nō diceret dñs
deus, nisi superbiam intolerabilem deprehendisset illos habere propter templū illud. Gloria
bantur em̄ in templo dei gloriatiōe peruersa, dum nō quærerēt aut curarēt, ut in templo suo
glorificaretur deus, & in despectum oīm gentium spiritus illoꝝ erigebatur propter templū
illud, propter nomen illud quod apud illos deus uerus nominaretur, licet non honoraretur.

¶ Hanc superbiam detestari se & odisse iurauit dñs deus in anima sua, i. in semetipso, quoniā
neminē (ut ait Ap̄tus) habuit, per quem iuraret, maiorem. Hoies em̄ per maiore sui iurant,
& omēs cōtrouersiaꝝ eoz finis ad cōfirmationē est iuramentū. Poterat autē credi uerbo eius,
etiam si nō iurasset. At ipse abundantius uoluit ostendere immutabilitatē cōsilij sui, & idcir-
co interposuit iurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum
fortissimū solatium habeamus. Firmissimam igitur fidem teneamus de reprobatione (ut ait
Apostolus) præcedentis mandati siue sacerdotij uel templi ueteris, & de introductione me-
lioris sp̄s, q̄ uidelicet illud deus cum odio reprobauerit: fidem autem euangelicam cum di-

lectione approbauerit. Sub eodem iuramento confirmatur id quod subiungit, & tradam ci-
uitatē cum habitatoribus suis. Nec utiq̄ leuis aut parua debuit esse traditio, quam ita cōmi-
natus est nō sine interpositōe iuramēti. Sed & cætera quæ sequunt̄ sub eodē iuramēto denū-
ciantur. L. Quod si reliqui fuerint decem uiri in domo vna, & ipsi morientur. Et tol-
let eū propinquus suus, & comburet eū, ut efferat ossa de domo, & dicet ei qui in pe-
netralibus domus est. Nunquid adhuc est apud te? Et respondebit: Finis est. Et
dicet ei. Tace, & non recorderis nominis domini. Quia ecce dominus mandauit,
& percutiet domū maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. | Memoriter te-
nendū est, q̄ supra dixit: Subueriti uos sicut subuertit deus Sodomā & Gomorrhā, & nō re-

distis ad me. Ecce hic in subuersiōe aliquid est seueritatis plusq̄ illic. Vbi em̄ de faciēda sub-
uersione Sodomoz sermo erat, cū ad ultimū dixisset Abrahā. Quid si inuēti fuerint decē iu-
stis nō delebo (ait dñs) propter decē. Nunc autē hic dicit: quia si reliqui fuerint decē uiri in do-
mo una, & ipsi morientur. Reliquos hic intelligimus iustos, sicut & sup̄s ubi dictū est. Vrbs
de qua egrediebant mille, relinquent in ea centū: & de qua egrediebant centū, relinquent in
ea decē. Nimirū uerbis istis cū dicit: si reliqui fuerint decē uiri in domo una & ipsi moriētur.
Hoc denūciat q̄ nullā iustoz & iniustoz discretionem in ira sua foret habiturus: sed iustos

Iohā. 12.

Math. 23.

Psal. 109.

Esa. i.

Superbia Ius-
taorum erat
templum qd̄
habebant.
Ezech. 24.

Iuramentum
Dei.
Heb. 6.

Hebra. 7.

Supra. 4.

Gen. 18.

Supra. 5.

COMMENTA: RUPER: ABBA: LIB. III.

pariter & iniustos Iudæos una mortis sententiâ dânaturus. Hoc ipsum in Ezechiele uerbis manifestioribus comprobatur, ubi dicit dñs deus. Ecce ego ad te, & etiam gladium meum de uagina sua, & occidam in te iustum & impium. ¶ Quid igitur? Num suæ deus oblitus est iustitiam, cuius illum memorem esse uolens Abraham stetit coram domino & appropinquauit ei? Num (inquit) târæ suæ ppitiationis oblitus est, cum dicit, qd si reliqui fuerint decem uiri, & ipsi morientur, non in ciuitate, sed in domo una? Non utiq; sed iusti illi nimium sunt iniusti. Re- liqui illius iuste sunt relictî: quia taliter iusti sunt, ut suam iustitiam statuere uolentes, iustitiam dei non sint subiecti, sicut Apostolus dicit: Testimonium enim dei iustitiam, & suam quæ- onem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quæ- rentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quæ nam sit illa iustitia dei, manifestans con- uincit uos: Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Iustitiam hanc q̄ rebol- li, quanq; pertinaci odio forent concepturi. s. Christum cuius ex fide iustificati sunt omnes sancti & iusti, miro modo insinuat, cum dicit: Et tollet eum propinquus suus & comburet eum, ut efferat ossa de domo, & dicet, ei qui in penetralibus domus est. Nunquid adhuc est apud te? & respondebit, finis est. Et dicit ei: Tace, & non recorderis nominis domini. ¶ Legat qui- uult historiam Iosephi, ubi excidium Hierosolymor; describit, & sciet q̄ ueraciter prore- dictum fuerit malum illud sermonibus huiusmodi. Tollet eum propinquus suus, & com- buret, & dicet: Nunquid adhuc est apud te? & rñdebit: Finis est. Neq; em̄ modus aut nome- nus erat intus morietium, & fame pereuntiu, nec dissimulare ualeant. Hoc illis accidisse propter sanguinem Iesu Christi: mig; ualde est, qd indomabili corde & tunc dixerunt, & nunc ut q; dicunt: singuli adli- ter; tace & nō recorderis nominis domini, nominis eiusdē Iesu Christi, quē deum & dñm re- publica confessioe confitentur Christiani. Malunt dānati esse, & dānationē æternam expe- ctare, q̄ confiteri uel audire nomen huius dñi, suffusi mirabiliter felle amaritudinis, odiumq; spirantes implacabile contra nomen domini nostri Iesu Christi, gentiuq; inuidentes saluti.

¶ Attamen iusti sibi esse uidentur nonnulli ex eis, obseruando iustitias carnis, & profitendo præcepta decalogi, quæ sunt non habere deos alienos non facere sculptile, non alium re- men dñi inuanum sabbata custodire, patrem & matrē honorare, nō occidere, nō moechari, nō furtū facere, nō loqui falsum testimoniū, nō cōcupiscere. Sed qualis est hæc iustitia illo- rum cum illū oderint, per quē unū & solū iustificatur om̄es, quicūq; ueraciter iusti sunt? Illū cum illū oderint, per quē unū & solū iustificatur om̄es, quicūq; ueraciter iusti sunt? Illū quær it deus ubi sit uel apud quos cōmoretur, ut parcat illis: & quia nō est apud illos, idcirco super eos indignationē suā effudit. Quemadmodū apud Ezechielē ipse dicit: Et quær it uel de eis uirum qui interponeret sepem, & staret oppositus cōtra me: propterea ne dissipare eos, & nō inueni, & estudi super eos indignationē meā, & in igne iræ meæ cōsumpsi eos. Igitur morientur (ait) etiā iusti, siue (ut apud eundē Ezechielē) & occidā, inquit, in te iustū & impium: etiā si in domo una reliqui fuerint uiri decē. Morient (inquā) quia ecce dñs mandauit, id est per Prophetas locutus est: & sermonē suū cōplens, percutiet domū maiore ruinis, & domū minorē scissionibus. Maiore domū decē tribus, quæ appellabatur tribus Israhel, domū mi- norē duas tribus dicit, quæ regebatur à stirpe Dauid. Et hoc in percussione domus utriusq; notandū, qd maiore ruinis, minorē uero scissionibus pcutiendā fore dicit. Nam Israhel, quæ maiora peccauerat, feritur ruinis: domus autem Iuda, in qua erat templum, & quæ minor peccauerat, nō ruinis pcutitur, sed scissionibus, dum septuaginta annor; captiuitate retinetur.

¶ Sed ecōtra potest dici: quia domus Iuda maiora peccauit. Nam & apud Ezechielē præmisset dñs: Fili hominis notas fac Hierusalē abominatiohes suas: Deinde inter cetera dicit: Et Samaria dimidium pctōis tuor; non peccauit: sed uicisti eā sceleribus tuis, & iusti- casti forores tuas, Sodomā uidelicet & Samariā, in om̄ibus abominatōibus tuis, q̄s operatus es.

Ezech. 21. Quæstio.

Gene. 18.

Responso Rom. 10.

Implacabile Iudæorū odium contra Christum.

Iustitiæ carnis

Ezech. 22.

Ibidem. 21.

Domus maior & domus minor

Ezech. 16.

Ergo & scissiones domus Iuda maiores intelligi conuenit ruinis domus Iſrahel. Quod ut li-
quido clareſcat, non illam trā captiuitatem ſeptuaginta annorū, ſed illam potius attendamus
qua nunc in omnes gentes Iudæi Romano excidio diſperſi ſunt. Tunc nāq; domus Iuda nec
ſciſſionibus tantum, nec ſolūmodo ruinis, ſed & ſciſſionibus & ruinis percuſſa eſt: quia ciui-
tas Hieruſalem ut rueret, primū in ſemetiſa ſciſſionibus percuſſa eſt. Ito nāq; ut reſert Io-
ſephus) adhuc apud Alexandriam imperium diſponente, cōtigit etiam ſeditionē, quæ apud
Hieruſolymā erat, auſtam triſariam diuidi, ducibus Eleazaro Iohanne & Symone, quorū
Eleazarus ſuperiora: Symon autem inferiora ciuitatis loca, Iohannes uero media tenebat.
His ducibus à ſeditione nunq̄ quieſcentibus, quā miserabilibus domus Iuda ſciſſionibus
percuſſa fuerit, qui plenius noſte cupit, narrationē iam dicti legat hiftoriographi. Porro iu-
ſtitiam quoq; iudicij dei, quæ domū illam tantis ſciſſionibus percuſſit, ſcire deſideranti, prius
animaduertendum eſt, in quo domus hæc minor, id eſt, domus Iuda, domum maiorem ſciſſi-
cet domū Iſrahel peccando ſuperauerit, ſicut ſupra diximus cum teſtimonio Prophetæ di-
centis ad Hieruſalem, & Samaria dimidiū peccatorū tuorū non peccauit, ſed uiciſti eam ſce-
leribus tuis. ¶ Peccata ſue ſclera utriuſq; conſtitenda & comparanda ſunt, ut appareat q̄ ue-
raciter dictū ſit. Et Samaria dimidiū peccatorū tuorū nō peccauit. Nimiſ; pctā Samariæ fue-
runt, q̄ decem tribus, quorū Samaria metropolis exiit, ſciderunt ſeſe à domo Dauid, & ne-
gauerunt eum dicētes: quæ pars nobis in Dauid, uel quæ hæreditas in filio Iſai, & ſicut Da-
uid negauerunt, ita deū quoq; relinquentes, uitulos aureos pro deo coluerunt. At uero pec-
cata Hieruſalem iſta fuerunt, quod Chriſtum filium dei ueg; Dauid, & ſecundum carnē fi-
lium Dauid, & ſcdm diuinitatē dñm Dauid: Chriſtū in quā deū & hominē, regē & ſaluatō-
torem, nō ſolūmodo dixerūt, nō eſt nobis pars in iſto filio dei, filio Dauid, ſiue nō habemus
regem niſi Cæſarē: ueg; etiam pro illo dimitti ſibi petierūt Barrabam ſeditionis authorē. Iſta
ſi rite conſiderentur, reuera dimidiū Samaria nō peccauit: quia uidelicet quanto iſte deus &
homofilius Dauid maior eodē patri Dauid, tanto pctā quod in eum admiſſum eſt maius
debet æſtimari: præſertim cū Hieruſalem nō ſolūmodo negauerit hunc, ſicut Samaria nega-
uit Dauid: uerū etiam occiderit, & pro eo Barrabā (ſicut iam dictū eſt) ſeditōis authorē dimit-
ti ſibi petierit. Idcirco qm̄ taliter ſe ſcidiſt à regno Ieſu Chriſti filij Dauid: nimirum ualde iu-
ſto iudicio ſciſſionibus percuſſa eſt ita ut in malum ſuum ſeſe à regno Romanorum ſciden-
do, uictores orbis terrarum contra ſe conſcitaret: & (quod ualde mirū fuit) foris obſeſſa, intus
eriphariam (ut iam dictū eſt) ſciſſa magis ſeditionibus quā obſidione deperiret. Sequitur.
Nunquid currere queſit in petris equi, aut arari poteſt in bubalis Quoniam cō-
uerſiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitie in abyſſum. Qui lætami-
ni in nihili, q̄ dicitis. Nunquid nō in fortitudine noſtra aſſumpſim; nobis cornua? I
Ad quid iſta ſiſtitudines equorū & bubalorū induxerit, ipſe pene expoſuit, dicendo: qui læta-
mini in nihili, qui dicitis: Nunquid nō eſt in fortitudine nra aſſumpſimus nobis cornua. Va-
nitate atq; ſuperbiā miro hic mō percutit, interrogādo de equis & bubalis. Irridet illos ſapia
dei qui cōfidit in curribus & in equis, ſicut eo tpe cōfidebat Ephraim, & qui ſuperbiæ cor-
nubus arrectis ſteterūt cōtra fortitudinē cœli, ſicut in Pſalmo teſtat iſte Chriſtus poſ. pphe-
tæ: Circū dederunt me uituli multi, tauri pingues obſederunt me. Irrisio grauiſſima ſonat in
uerbis huiuſcemodi. Idem em̄ eſt ac dicat ſapientia ſpiritus prophetici. Vos quidem, prædis-
cente me, q̄ maior domus ruinis, & minor ſciſſionibus percutienda ſit: nihilominus equitā-
do cōtenditis eſſe ſimiles Aegyptijs atq; Aſſyrijs, ſed uos bene ſcitis q̄ equi currere poſſunt
in petris. Hoc dixiſſe ſatis eſt, ſubaudiri em̄ poteſt id, q̄ longe ſuperius dixit: quia fuga à ue-
loceperibit, & nō poteritis eſſugere. Multis aduerſitatū præpediti offendiſculis, ſicut equi ue-
ſtri nō queunt currere in petris. Habetq; talis dictio mixtū cum ſeueritate iocū, cum dicitur:
Lætantibus in equis, uos reuera lætami in nihili, quia ueſtri equi nō queunt currere in pe-
tris. i. fallaces ad ſalutē erunt uobis in tpe anguſtiæ, quando ruinis & ſciſſionibus feriemini.
¶ Item q̄ dicit aut nunquid errari p̄t in bubalis: ſi reſpicias qd̄ ſubſequitur, qui dicitis: Nun-
quid nō in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua, nihilominus iocū in uerbis habet
amarum, & ad illud pertinētē riſum, de quo ſap̄a: ego quoq; (ingt) in iteritu ueſtro ridebo.
Idem eſt ac ſi dicat: Qm̄ eſtis ſupbi, quapropter (ſicut ſupra dictū eſt) iurau in aſſa mea, dicēs:

Hieruſalem a
ſciſſionibus &
ruinis percuſſa.

Grauius pec-
cauit Hieru-
ſalem q̄ Sa-
maria
ſ. Regū. jz

Pſal. zj.

Supra. ſ.

Bubali ſuper-
bi Iudæi

Prover. j.

R s Dete

Detestor ego superbiam Iacob, & domū eius odi: quoniam (inquā) in fortitudine uestra cor
 nua uos assumpisse dicitis, eritis ergo mihi sicut bubali, qui tam indomiti sunt, ut iugum cer
 uicibus non recipiant, & cum syluestres boues sint, noluit propter feritatem uomere (cinde
 re terrā. Ita uos mihi eritis, utiq; inutiles operi uel regno dei, uobisq; euagātibus atq; dispe
 sis, adhibebo mihi boues alios, boues domitos, dicāq; illis: Tollite iugū meum super uos, &
 regno dei fructum operabunt, iuxta illud: Amen dico uobis: quia auferetur à uobis regnū
 dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Reuera dicūt isti bubali: Nunquid nō in fortitudi
 ne nostra assumpimus nobis cornua, dum querentes suā statuere iustitiam iustitiae dei non
 sunt subiecti: & pro hac feritate conuertunt sibi in amaritudinē iudiciū, & fructū iustitiae in
 absinthium, quā herba amarissima est. Nam quia suā ut iam dictū est statuere uolentes in
 iustitiam, proiciunt à semetipsis Christi iugum, merito amara, id est, sine misericordia ferūt in
 iudicium: & quia dulcedinem iustitiae dei nō querunt, iustitiae suae metūt absinthiū, ut nec sal
 tem in isto seculo requiem habeant, uel in terra sua commanere ualeant. Vnde & sequitur
Ecce ego suscitabo super uos domus Israhel, dicit dominus deus exercituum,
gentem, & conteret uos ab introitu Emath, usq; ad torrentem deserti. Hec e
 ritudo iudicij quam biberunt, q; in isto quoq; seculo contriti atq; subuersi sunt, à principio
 usq; ad finem, à capite usq; ad caudam, à terminis terrae suae, qui solem respiciunt usq; ad tes
 rentem deserti, quod occidentem respicit, id est, ab Emath (quae & ab Epyphania dicitur ab
 Antiocho cognouit epyphanes nomen fortita) usq; ad rinocuram, inter quam & Epy
 lusium, riuus Nili, siue torrens de heremo ueniens, mare ingreditur. Sicut dictum, ita & lu
 ctum est: quia de cunctis terminis suis contritus atq; subuersus est Israhel. Primū decem
 bus ab Assyrijs. Deinde Iudam & Beniamin à Chaldaeis atq; Romanis. Illa cornutorum
 ue iugum ferre recurstantim bubaloz; contritio siue subuersio, qualiter futura, qualibus
 quātis incrementis ad cōsummationē puentura foret, sequētia pphete dicta p̄signat. At
Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce fictor locustis in principio germinay
rum serotini umbus, & ecce serotinus post ronsionē gregis. Et factum est, cum cō
summasset comedere herbam terrae, & dixi: Domine deus propitius esto obsecro
Quis suscitabit Iacob quia paruulus est: Miserus ē autē dñs sup hoc: sed & illud
nō erit dixit dñs deus. Hec ostēdit mihi dñs deus, & ecce uocabat iudiciū ad iugū
dñs deus. & deuorauit abyssum multā & comedit simul partē, & dixi: Domine deus
quiesce obsecro. Quis suscitabit Iacob quia paruulus est: Miserus est dominus
super hoc, sed & istud non erit, dixit dominus deus. Hec ostēdit mihi, & ecce domi
nus stas sup murū litum, & in manu eius trulla cementarij, & dixit dominus ad me
Quid tu uides Amos: Et dixi: Trullā cementarij. Et dixit dñs ad me Ecce ego p̄
nā trullā in medio populi mei Israhel. Non adiciā ultra supinducere eū, & domi
lientur excelsa idoli, & sanctificationes Israhel desolabunt. Tres istae ostensionē
ue uisiones agnoscedē sunt: & idcirco totū plens capitulū posuimus, ut p̄sentior sit intellectus
reg, quae futurae p̄monstrabant. i. triū incremtoz; mali siue cōtritois atq; subuersiois iam d
tae, quae de sacris historijs nota habent. Illa nūc incrementa prius cōmemorāda sunt, & cō
demū p̄sentis istae calcāda uestigia: Primū fuit, q; ascēdit rex Assyrioz;, & trāstulit Israhel
in Assyrios, nec multo interiecto tpe ascēdit ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & usq; p̄
Hierlm puenit, sed nō p̄ualuit, dicēte dño ad Esaia: Ponā circulū in naribus tuis, & hanc
in labijs tuis, & reducā te in uia per quā uenisti. Venit em̄ angelus dñi in nocte illa, & p̄cū
caltra Assyrioz; centū octogintaquinq; milia. Scdm̄ fuit, qñ uenit Nabuchodonosor
Babylonis ipse & om̄is exercitus eius in Hierlm, & cōcepit eā, & succendit Nabuzaradā p̄
ceps exercitus domū dñi, & domū regis & murū in circuitu destruxit om̄is exercitus Ch
daez; Tertiū fuit, q; uenerūt Romani, & tulerūt locū & gentē, templū & ciuitatē, ita ut
relinquere lapis super lapidē. Horz; futuroz; mirae imagines huic pphetae tribus istis ostē
tionibus p̄monstratae sunt. Cum em̄ dicit: Hec ostēdit mihi dñs deus: Et ecce fictor bo
custa, uentuz; intelligi & intelligi uult exercitū Assyrioz; pro multitudine simul & uentuz;
te breuis & transilientis uitae locustis cōparabilē, nihilominus & pro depopulatōe cunctoz;
nascentiū, quā facturi erāt in morē locustaz;. Huius nimis; locustae fictor ē dñs, fictorq;

Matth. 11.
Idem. 21
Rom. 10

CAP. VII.

Tria incremē
ta mali Iudae
orum
4. Reg. 17. &
18. ac. 19

4. Reg. ulti
Hier. ulti.

Matth. 24
Luc. 19
Fictor locustae

creator est idem qui magnorum. i. sanctorum siue electorum hominum conditor & deus. Nec uero indigne fictor presenti loco dicitur: quia uidelicet taliu exiguitas hominu, qui aeter nam gloria no quærentes uanitate huius seculi breui saltu ptransferunt: taliu (inquã) paruitas siue exilitas hoc meretur, ut eorum no conditor sed fictor dicat deus. Hinc apud Esaiã legimus. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ. Et cur uel q res iste hoc dixerit: post aliqua breuiter aperit dicens Israheli, cui prælocutus fuerat, & tu Israhel serue meus Iacob quẽ elegi: semẽ Abrahamã amici mei in quo apprehendi te ab extremis terra. Ventilabis eos & uentus tollet & turbo disperget eos. Nam qui leui euentu & in breui multitudo hoim uanitate sequentiu tollitur & perit memoria eoru: sicut nonnunq flante uento locustã arreptã, & in mare, iubente dño, proiectã legimus: recte & Assyriũ, & quilibet eiuũmõ hoies locustaru noie designat. ¶ Qd autẽ cũ dixisset, ecce fictor locustę, in principio germinantiũ serotini imbris, tps indicat, quo illa locusta uenerit. i. qn cuncta uirent, & partu rit omnis ager, & diuersaru arboru flores in sui generis poma rumpunt, cuncta aruq; abundan tiam rez, flores arboru atq; herbæ segetu pollicent. Nimirũ illo tpe deuastari quasi tonderi e, ut ablata pulchritudine rez, nuda inopia uelut manifestũ in fronte pareat caluitiũ. Idcirco quia post eandem depopulationẽ sufficiens ubertas reddita est, siue tunc tps dominus Eze chias per Esaiã loquens: tibi autẽ (inquit) erit hoc signũ, comede hoc anno quæ sponte nascũ tur: & in anno scdo pomis uescere, in anno autem tertio seminate & metite & plantate uine as, & comedite fructum eorum. Idcirco (inquã) cum dixisset in principio germinantium serotini imbris, subiunxit: Et ecce serotinus post tonforem gregis: subauditur Sennacherib. Nam quod dictum est, in anno autem tertio seminate & metite, supplementum quidem sed serotinum fuit, & hoc post tonsuram gregis, id est, post deuationẽ Sennacherib. Hunc ton so rem siue tonsuram Esaiã acutam nouaculam uocat, quæ pilos omnes & capillos Israhe litici corporis raserit. In die illa, (inquit) radet dominus in nouacula cõducta, in his qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbã uniuersã. Iam cuncta uastauerat, iam uniuersas ciuitates Iuda munitas cõperat, & Hierusalem quæ sola erat re sidua tonfor ille obsidebat, ut post tonsuram siue raluram caput quoque præcideret, cum (si cut scriptura refert) orauerunt Ezechias rex & Esaiã filius Amos Propheta aduersus blas phemias eius, ac uociferati sunt usq; ad cœlum. Hoc est quod, ptinus ait: Et factũ est cum consummasset comedere herbã terræ, & dixi: Dñe deus propitius esto obsecro. Iuxta me taphorã locustę dixit: cũ consummasset comedere herbã terræ. i. cũ iam omnia deuastasset, & terrã operies exercitus multitudie. Qd se dixisset narrat: dñe deus ppitiu esto obsecro. Futurũ erat ut dicerent Ezechias rex, & Esaiã Propheta, orantes (ut iã dictũ est) & uociferãtes usq; ad cœlum. Item q hic ait: Misertus est dominus super hoc, sed & istud non erit, dixit domi nus, futurũ erat ut fieret, s. ut miseretur & sic loqueret dñs. Illic etẽm ita scriptũ est. Quam ob rem hæc dicit dominus de rege Assyriõ. Non ingrediet urbẽ hanc, nec mittet in eã sa gittã, nec occupabit eam clypeus, nec circũdabit eã munitio. Per uiam qua uenit reuertet, & ciuitatẽ hanc nõ ingrediet dicit dominus, ptegamq; urbẽ hanc, & saluabo eã propter me, & propter Dauid seruum meum. Itaq; cum dicit: sed & istud nõ erit, sensus hic est: Erit quidẽ ut cæteras ciuitates Iuda capiat, & cuncta in circuitu Hierusalẽ deuastet ille tonfor siue ton sura gregis, id est, exercitus Sennacherib, sed non istud etiam erit, ut urbem hanc ingrediatur. ¶ Porro q cum dixisset Propheta: Dñe deus propitius esto obsecro, subiunxit atq; ait: Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est, quis digne possit exprimere quali discussione dñm exci tet atq; percellat, ut memoi sit misericordiæ suæ? Cum enim dicit: Quis suscitabit, quodam modo consurgere uidetur ac percellere deum, percunctando ipsum, quis nam ille fuerit qui totiens Iacob de angustijs & de cede uastantium liberauit, & utrum ipse à semetipso demu satus sit oblitusq; nature suę, cui propriũ fuerat misereri. Subiungit etiã causã, propter quã totiẽs Iacob suscitasset, & adhuc suscitare de periculo deberet, dicẽdo: quia paruulus est. Par uulus, inquã, id est, humilis. Quod si humilitas & cõtritio cordis causa extitit, ppter quã de us totiens illum suscitauit, nimirũ & tũc suscitari illum dignum fuit: quia semetipsum & su os Ezechias rex coram domino humiliãuit, sicut scriptũ est. Et factum est cũ audisset Eze chias uerba Rafaci, scidit uestimẽta sua, & obuolutus e sacco, & traui i domũ dñi, & misit

Esa. 40.

Exo. 10.

Tonfor Israhel rex Sennacherib. 4. Reg. 19. Esa. 37.

Esa. 7.

4. Reg. 19. Esa. 37

Vbi supra

Iacob paruus, id est, humilis

Vbi supra

COMMENTA. RUPER. ABBA. LIB. III.

Heliachim, qui erat super domū, & Sennā scribā & seniores de sacerdotibus, opertos faciēti ad Esaiā. Nec uero solūmō habitu tūc Iacob paruulū sese ostēdit: uerētīā uerbis testatus est: scdm̄ hęc uerba regis eiusdē dicētis ad Esaiā: Leua ergo ofonē pro reliquijs quæ repte sum. Iam em̄ decē tribus in Assyrijs translate fuerāt, & idcirco paruulus Iacob nō tam gētē quā reliquias gētis se esse memorauit. ¶ Cū deinde dicit: Hęc ostēdit mihi dñs deus: Et ecce uocabat iudiciū ad ignē dñs deus & deuorauit abyssum multā, & comedit: simul p̄t intelligit uel intelligi uult, q̄ Nabuchodonosor regē Babylonis uocaturus foret dñs, ut ueniret contra Iudā & Hierlm̄, templūq; & Hierlm̄ igne succēderet, qđ erat uocare iudiciū ad ignē. i. iudicare usq; ad ignē. Nō em̄ sic dicendū erat de Nabuchodonosor, sicut dictū fuerat de Sennacherib, & urbē hāc nō ingrediet. Iusto nāq; in iudicio tradēda erat ciuitas in manus regis Babylonis & seruoꝝ eius, ut igni succēderet. Multa abyssus. i. uniuersitas Iudææ, siue ipsa ciuitas, quæ p̄pter pfundā auaritiā, abyssus multa dici merebat, in tantū, ut domū quoq; domini spelunca latronū fecissent, sicut in Hieremia conquestus est dñs deus. Cūq; subiungitur, comedit simul partē, subaudiendū est dei, quia uidelicet templū ipsum pars dei esse debuerat, quod propter pfunditatem auaritiæ abyssus multa, siue spelunca latronum dici poterat. Quod deinde sequitur. Et dixit dñe deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob: quia paruulus est, futurus erat, ut dicerent Daniel & socij eius post illud iudicium ignis in Babylone captiui. Exempla gratia: In anno primo Darij filij Astueri: ego Daniel (inquit) intellexi in libris numeꝝ annoꝝ, de quo factus est sermo dñi ad Hieremiam prophetam, ut completeret desolationis Hierusalem septuaginta anni, & posui faciem meam ad dñm deum meum rogare & deprecari in ieiunijs sacco & cinere & cætera. Orare nanq; ut solueretur captiuitas post prænunciatos septuaginta annos, hoc erat dicere, dñe deus quiesce obsecro: Nō habet dictum est ut supra: Dñe deus propitijs esto, sed dictum est dñe deus quiesce obsecro. Futurus nanq; erat, nō ut propitio dño repelleretur Nabuchodonosor, sicut repulsus fuerat Sennacherib: sed ut saltem post uindictam quiesceret cælestis iræ commotio. ¶ De eo q̄ inter alia ait: Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est, itidem sentiēdum (ut supra diximus) quia uidelicet qui præcipitare, & de angustijs liberare consueuerat Iacob propter humilitatē eius: qui dicitur paruulus, ipse consequenter de Babylonia captiuitate illū suscitare debuit, qm̄ captiui humiliter deprecabantur, exempli gratia, cum in oratiōe supra memorata diceret Daniel. Propter peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorū Hierusalem, & populus tuus in obprobrium sunt omnibus p̄ circuitum nostrum. Item: Quia imminuti sumus plus q̄ gentes, sumusq; humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra, & uon est in regno hoc princeps & propheta & dux, neq; holocaustum, neq; sacrificiū, neq; oblatio, neq; census, neq; locus primitiæ coram te, ut possimus inuenire misericordiā, sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sic paruulus Iacob sæpe suscitatus, adhuc suscitandus erat, & idcirco nunc dicit: Quis suscitabit Iacob pro eo quia est paruulus, ut respōdente dñs, ego sum qui illum sæpe suscitaui, pro causa hm̄i quodāmodo concludantur à dicente: Ergo tu idem de Babylonia captiuitate nunc illum suscita: quia paruulus est adhuc, id est, humilis. Quā diu paruulus & non impoenitens fuerit, tam diu in illum suscitare debebis. ¶ Cum deinde dicit, hęc ostēdit mihi, & ecce dominus super murū litum, & in manu eius trulla cementarij, ualde notandum est: quia percunctationem dñi subinfert, dicentis: Quid tu uides Amos: Hoc in præmissis ostensionibus dictū uel factum nō est. Nam ubi dixit, hęc ostēdit mihi dñs deus: Et ecce fictor locustæ, nō dictū est. Et dixit dñs ad me, quid tu uides Amos: Itē, ubi dixit: Hęc ostēdit mihi dñs deus, & ecce uocabit iudiciū ad ignē, nō dictū est. Et dixit dñs ad me, Quid tu uides Amos: Grauiissima res denūciat per trullā cementarij portendam in medio populi. Et idcirco ut attētus sit inspector p̄pheta, dñs ei: Quid tu uides Amos: Itē & illud uigilāter animaduertendū: quia cū dixisset dñs: ecce ponā trullā in medio populi mei Irahel, nō adijciam ultra superinducere eum, & demolientur excelsa idoli: & sanctificationes Irahel desolabuntur, non fuit ultra spiritus in Propheta ut diceret, uel sicut primo dixerat: domine deus, ppitius esto obsecro, uel sicut scdo dixerat, domine deus q̄sc obsecro. Hoc (in q̄) ualde notādū & diligēter animaduertēdū est: quia nimis nō ab re taliter demōstratum & taliter depositū est, Extrema nāq; & inrecuperabilis destructio hac offensione tenē prop̄ta

Abyssus multa, auaritię licet
Hier. 7. & 12

Dani. 9

Humilitas Iudeorum in captiuitate Babylonia

Propheta ostensa est, quæ accedit ad ultionem sanguinis Iesu Christi, quæ per manus Romanorum facta est. Quo ex tpe iam nõ est Propheta, qui p gente illa intercedat, quatenus propitius sit & quiescat: quæ admodum Esaias deplorat: Nõ erit (ait) qui inuocet nomẽ tuũ, qui cõpurgat & teneat te. Siquidẽ & qñ Sennacherib rex Assyriorũ usq; ad Hierlm uenit, tunc & Ezechias rex & Esaias propheta dixerunt: Dñe deus propitius esto obsecro: Et qñ in Baby loniã trãsmigrauerãt filij Iuda, Daniel & socij eius dixerunt: Dñe deus quiesce, obsecro: nõ aut pro templo illo ut restituaatur, siue pro sacrificijs illis, ut iterũ celebrentur, nõ est qui intercedat aut intercedere debeat. Hac igit obseruata diueritate tam literæ q̃ intelligetiæ: nõ de mum cepta scripturæ uestigia diligentius percurramus. Et ecce (inquit) dñs super murum litum, & in manu eius trulla cementarij. Murum litum ita dixit: ac si diceret parietem dealbatum. Quid autem paries dealbatus, siue murus litus significare existimãdus sit. Paulus Apostolus mirabiliter innuit, dũ stans in concilio, principe sacerdotum Anania præcipiente astãtibus sibi, percutiet os eius, dixit: Percutiet te deus paries dealbate. Igitur murus siue paries dealbatus sacerdotium illud extitit, quem uidelicet murum siue parietem tam diu dominus induxit siue dealbauit. Habens in manu trullam cementarij, q̃ diu carnalem Iudaismũ permisit gloriosum uideri, stante templo & florente religione in carnalibus cõrimonijs. Sed ecce ponam (inquit) trullam in medio populi mei Irahel, non adhiãiam ultra superinducere eum. Nudus erat Irahel, nudus & indecorus atq; infirmus, qui solebat à me superinduci & solidari: sicut superinducitur, & confirmatur paries cum trulla cementarij & nõ solum pulchritudine, sed & contra iniuriam imbrum, & creberrimas tempestates fortitudinem accipit. Et quidem semetipsum arbitrantur esse cementarios, suumq; parietem proprio superinducere gestiunt ingenio, sed neq; superinductio pulchra est quæ ex deo non est, neq; paries stare potest. Vnde & apud Ezechielem, cum de hac ipsa re loqueretur, ait idem Dominus: Dic ad eos qui liniunt parietem absq; temperatura quod casurus sit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & uentum procellæ dissipantem, Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicitur uobis, ubi est litura quam liuistis: & cætera. Vere ut ait illic: Ecce cecidit paries, nec adhiãiet Dominus superinducere eum. Quod illic dicit: Ecce cecidit paries, hoc idem in isto loquitur: Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Irahel desolabuntur. Et quidem cum in Ezechiele loqueretur, iam non solum in decem tribubus ceciderat paries: uerum etiam Iuda partem in Babyloniam trãsmigrauerat, & ipse Ezechiel unus de captiuis erat: sed adhuc futurum erat, ut iterum in Iuda caderet paries in recuperabiliter, quod post passionem domini factum est. Idcirco cum præterito tempore dixisset, illic siquidem ecce cecidit paries: subinde futuri temporis uerbis subiunxit. Propterea erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes iræ in consummationem, & destruam parietem quem liuistis absq; temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentũ eius. Ruinam hanc siue destructionem parietis, & desolationem sanctificationum Iudaicarum, Danieli loquens angelus Gabriel, luce clarius exprimit his uerbis: Et post hebdomades sexaginta duos occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit, populus cum duce uenturo, & finis eius uastitas: & post finem belli statuta desolatio. Et deficiet hostia & sacrificium, & in templo erit desolationis abominatio, & usq; ad cõsummationem & finem perseuerabit desolatio. His dictis, quibus utiq; cõiã totius gentis mala prænũciata sunt, confestim propria quarundam personarũ mala terribiliter subiungit, scilicet Hieroboam regis, & Amasiæ sacerdotis illius temporis. Sequitur. Et conturgã super domũ Hieroboã in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboã regẽ Irahel, dicens: Rebellaui cõtra te Amos in medio domus isrl, nõ poterit sustinere terra uniuersos sermões eius. Hęc em̃ dicit Amos. In gladio moriet Hieroboã, & israhel captiuũ migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Qui uides gradere, fuge i terrã Iuda, & comede ibi panẽ, & ibi pphetabis. Et Bethel nõ adhiãies ultra ut pphetes, qz sanctificatio regis e & domũ regni e. Et trãdidit Amos & dixit ad Amasiã. Nõ sum ppheta, & nõ sũ filiũ pphete, sed armetarius ego sum, uellicãs sycomosos. Et tulit me dñs de, cũ sequerer gregẽ, & dixit ad me

Esa. 64.

Murus litus, seu paries dealbatus Actu. 23

Ezech. 13

Dani. 9

me dominus. Vade & propheta ad populū meū Iſrahel. Et nunc audi verbū dñi. Tu dicis, non prophetabis super Iſrahel, & non stillabis super domū idoli, propter hoc hec dicit dominus: Uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filie tue in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris, & Iſrahel caprius migrabit de terre ſua. Sicut iam dictum eſt, regis illius temporis qui erat Hieroboam & ſacerdotis Amasiae mala propria uaticinatur hæc pphetia. Et hoc ad laudem iudicij dei conſiderandum eſt: quia quiſquis eorū quāto maior in crimine tanto amplius percutit diſtrictōe uindictis ſententiæ. Conſurgā inquit ſup domū Hieroboam in gladio. Zacharias filius Hieroboam filij Ioas filij Ioahan, filij Iehu gladio percutietur & dicit, qd & factū eſt. Cōiurauit em̄ cōtra illū, uidelicet Zachariā, Sellū filius Iabes percussitq; palā & interfecit, regnauitq; p eo iuxta uerbū, quod locutus fuerat dñs ad Iehu. Quia Ihuose feciſti om̄ia quæ erāt in corde meo cōtra domū Achab, filij tui uſq; ad quartam generationē ſedebūt ſup thronū Iſrahel. Vnde notādū q nō dixerit cōſurgā ſup Hieroboam, ſed ſup domū Hieroboam in gladio. Porro Amasia dū pphetę rebellionis crimē impingere nitit̄ accusando illū, noluit pug. eius referre ſermonē ſed auxit de ſuo quippiā ad iudiciū quo maius uideret crimē. Videlicet pug. illi uidebat̄ ad excitandū regis furorē, q dixerat ex ore dñi, & cōſurgam ſuper domū Hieroboam in gladio: poſſet em̄ hoc intelligi, q nō diceret Hieroboam eſſe ſerendum gladio, ſed poſt mortem eius poſteros (quod & factū eſt) & idcirco deprauauit dictum teſtis mendax & falſus accuſator. dicendo: rebellauit contra Amos. Hæc enim dicit, in gladio morietur Hieroboam. Hoc agendo ſatis indicat, quā nequiſſima intentione ori eius eatenus inſidiatus fuerit, ut inueniret unde accuſaret eum. Sacerdos aurei uituli, & exinde diues, imō uacca pinguis: ſic ut ſuperius hic idem Propheta dixit: Audite hoc uerbum uaccę pingues quæ eſtis in mōte Samaria. Sacerdotes intelligit̄ uelens, quorum unus uel maximus erat iſte. Tandem inuenit unde accuſaret eum ubi regem minauit, & (ſicut iam dictum eſt) ne paruū uideretur crimē, quod de domo regis Propheeta dixerat, in ipſam regis perſonam detorſit corrupens puritatem ſermonis. Idcirco miranda retributio ſeueritatis uel iuſtitie dei, dum fornicario ſacerdoti cum uitulis aureis fornicanti, & in eadem fornicatione populū detinenti dicitur, propter diuini uel propheticę monis corruptionem: uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filie tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris. Nimirum quare ipſo maior erat in ſcelere, maior etiam eſſe debuit in ultione: ut uidelicet rex Hieroboam non in ſeipſo ſed in domo uindictam corporalem reciperet, id eſt, in ſuccedēte filio, qui tenus percuteretur gladio. Hic autem & in ſemetipſo mortem, & in uxore propria fornicationis cladem, & in filiis ac filiabus ſuis gladij reciperet ultionem. Hæc de prope uentura totq; complenda erant, ut in præſentiarum completa fidem cæteris facerent, quæ longius erant differenda, ut Propheta, quem ille falſum efficeret nitebatur, fidelis & uerax haberetur ex ipſis aduerſarij ſui, malis quæ prophetaſſet, cito comprobatus, quod non ex corde proprio ſed ex ore domini cuncta eſſet locutus. Quomodo autem dicit, uel dicere audeat: Qui uides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis, & in Bethel non adicies ultra ut prophetes, quia ſanctificatio regis eſt & domus regni: Non enim panem loquitur, non leniter ſeſe aduerſus deum erigit cornutus bubalus, uibrans ſuperbiæ cornu, nec recipiens iugum Domini, iuxta ueritatem euſdem ſupra dicentis. Nunquid arripoteſt in bubalis. Videntem, id eſt, Prophetam illum appellat, dicendo, qui uides, & tamen ſe potius & regem ſuum audiri imperat quā Deum, cuius uoluntatem uidet, & à quo iuſtus eſt ut prophetaret. Quid hic econtra. Non ſum (inquit) Propheta nec filius prophetae, ſed armentarius ego ſum, uellicans Sycomoros & tulit me Dominus Deus, cum ſequeretur gregem, & dixit ad me. Vade & propheta populo meo Iſrahel. Quid aliud iſte locutus: niſi illud idem quod Apoſtoli dicentes: Obedire oportet Deo magis quā hominibus. Quantam putas in corde ſuo ſeueritatem gerebat iuſte indignatus homo prophetae: uero ritatis: Et ſancto nobilitatus ſpiritu, dum cælo tonante & imperante ut prophetaret, eam econtra in limo coaxantem audiret, & dicentem, non adicies ultra ut prophetes: Dignus igitur uiliſſimi hominis ſuperbiæ pœnam de oraculo pectoris huius ipſius ſanctus pronuntiat dicitur.

4. Reg. 11.

Amasia falſus accuſator

Supr. 4.

Maior in ſacerdorem Bethel q̄ in regē uindicta.

Superbus bubalus Amasia ille

Supr. 6.

Actu. 1

dicendo illi: Et nunc audi uerbum domini. Tu dicis, non prophetabis super Israhel, & non stillabis super domū Idoli: ego autem nō solummodo non desinam prophetare sup Israhel, & stillare super domū idoli: uergetiam prophetabo tibi. Propriam pphetiæ tuam partem nūc audi. Uxor tua in ciuitate fornicabitur & cætera, ut supra. ¶ Quod uero hæc dicturus in spiritu fortitudinis, præmittit dicens: nō sum propheta, & nō sum filius prophetae, sed armētarius ego sum uellicans Sycomoros, & tulit me dñs deus cum sequer gregem. Et dixit ad me: Vade & propheta populo meo Israhel, magnum est testimonium sanctæ humilitatis, & bene compositæ mentis, q̄ uidelicet non turbato animo uel cum rancore talia prolaturus sit, uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filia tuæ in gladio cadent & cætera. Præmittit humiliter quid fuerit, & quid factus sit gratia non meritis, q̄ uidelicet nō hæreditario iure propheticum ministerium assumpsit, uel decore proprio, pphetare cœperit, sed necessitatem habens obediendi, gratiam aspirantis imperiumq̄ mittentis domini executus sit.

¶ Reuera qui beniuolis hunc cæterosq̄ prophetas aspicit oculis, intelligit, quā sine præsumptione quāto in timore prophetauerint, sicut dicit unus ex illis. Si occidetur in sanctuario domini ppheta & sacerdos, formido & laqueus facta est nobis uaticinatio & contritio. Quod idem e ac si dicat. Pro eo q̄ occiduntur prophetae & sacerdotes corripientes peccata populi, nec saltem cui sanctuario domini queunt esse tuti, nō absq̄ formidine uaticinamur siue pphetamus: sed ipsam formidinem mortis siue contritionis superat terror & imperium domini, & angustia nobis undiq̄ sunt, quia sic prophetauerimus occidimur, si non propheta uerimus, uæ nobis est, quia dispensatio nobis à deo credita est. ¶ Cum igitur dicenti sibi idolatræ sacerdoti, non adicies ultra ut propheta in Bethel quia sanctificatio regis est, & domus regni, respondet: Et nūc audi uerbum dñi, propter hoc uxor tua in ciuitate fornicabit, & filij tui & filia tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Israhel captiuus migrabit de terra sua, cōcedendum ueritati & cōpatiendū ē necessitati: quia uidelicet nō impatiētis motus animi, sed iudicantis est uerbum dñi, cuius auctoritas necessitatē prophetae facit, licet uoluntas nō desit obsequendi. Et in hac seueritate quanta iustitia sit, ut rite perpendas, cōsidera quis prior ista dixerit, & Israhel captiuus migrabit de terra sua. Si superiora cūcta respicias, nusq̄ istud Prophetam dixisse reperies ad uerbū licet uerba eius eundem habeat sensum. Calumniator eius iste sacerdos, ut contra illum auerget inuidiam præcipiendū detulit accusationem tota intentione libratam. Hec (inquiens) dicit Amos, in gladio morietur Hieroboam, & Israhel captiuus migrabit de terra sua. De pruna patris falsitate q̄ dixit, in gladio morietur Hieroboam, iam superius diximus. ¶ Porro de hac parte, & Israhel captiuus migrabit de terra sua, dicendum est, quia uerum quidem erat, licet nō eadem uerba dixisset Propheta: nam de uerbis eius animaduerti poterat, sed in eodem uero uale de notabilis atq̄ damnabilis est accusatoris calumnia. Quid enim? Nunq̄ nō & illud de uerbis eius animaduertere potuisset, q̄ eādem captiuitatē condolens p̄diceret prædicando condoleret? Nonne de proximo & illud Prophetam dicentem audierat. Et factum est, cum cōsummasset comedere herbam terræ dixi: Domine deus propitius esto obsecro. Itemq̄ domine deus quiesce obsecro. Vere ergo calumniosus accusator & testis, qui tantum illa, de quibus poterat inuidia conflare, detulit, & amaris uocibus expressit: quæ autem digne possent mereri gratiam, omnino reticuit. Proinde & in sententia condemnati sacerdotis laudabilis est iustitia dei, & in Propheta prædicanda est fortitudo ueritatis, qui loquēte in se deo confortatus & quod senserat confessus est, & nō negauit, & quod nondum dixerat superadiecit, meritā dicitādo irā ipio sacerdoti. In quē quando uel quomodo præscriptæ sententiæ completæ sint, scriptura nō refert, sed in congerie malorū latet. Nunc enim sanctę scripturæ uocauit cuncta denarrare, quæ singulis acciderunt personis uilioribus & obscuris Sic & illud quod Micheas Sedechiæ percutienti se in maxillam, & dicenti. Me ne ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi. Confestim respondit: Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris, singulari relatione dignum non fuit referre qualiter completum sit: quia (sicut iam dictum est) nō ita se deprimit sanctæ scripturæ maiestas, ut cuncta denarret uilibus ab re immorando personis.

FINIS LIBRI TERTII AMOS.

¶ Ruperti

Humilitas & timor pphetarum Thren. 3

Ars calumniatoris.

Non omnia enarrat scriptura. 3. Reg. ult.

RVPERTI ARBATIS
TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM
COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.

Epilogus on-
tionum



Emoriter tenendum est quas uel quales sibi factas ostensiones Propheta iam narrauerit. Prima est hæc: Ostendit mihi dominus deus, & ecce fictor locuti in principio germinantium serotini imbris & ecce serotinus post tonsuram regis & cætera per quem intelligimus Assyrios, qui translatis decem tribubus usq; ad Hierusal eaduersus Iudam erant uenturi, & cuncta uastaturi in modum

Esa. 7.

tonforis, siue nouaculae caput & pilos pedum barbamq; uniuersam radentis, sicut Esaias, q; prædixit. Secunda est hæc: ostendit mihi dominus, & ecce uocabat iudiciu ad ignem dñs deus &c. per quæ intelligimus Babylonios, qui erant uenturi, & ciuitatem Hierusalem post terq; domū domini igne conflagraturi. Tertia est hæc: Ostendit mihi dominus, & ecce dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij & cætera, per quæ intelligimus desolationem ultimam, quàm fecerunt Romani, quæ nunq; recuperanda sit secundum uerba dicentis domini. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Iſrahel, non ad ieritiam ultra superinducere eum. ¶ Post istas malorū ostensiones, principalem quoq; malorū eorumdem causam ostendi dignum erat ostensione siue imagine propria. Hæc autem causa auaritia est, radix omnium malorū, qua infecti maxime Iudæi ad omne scelus proruentes tandem ad hoc peruenerunt ut dominum gloriæ crucifigerent, ob istam maxime causam, quia disceptabat cōtra auaritiā ipsorū, cōprobans illius generationis esse homines, qui domū patris, quæ debuerat eē domus orōnis, fecissent spelūca latronū, iuxta Hieremię uaticiniū. Sequitur ergo

Auari maxis
me Iudæi.

CAP. VIII.

Hæc ostendit mihi dominus, & ecce uincinus pomorum. Et dixit: Quid tu uides Amos. Et dixit: Uincinum pomorū. Et dixit dominus ad me: uenit finis sup populum meum Iſrahel, non ad ieritiam ultra ut pertranscam eum. Et studebit cardines templi in die illa dicit dominus deus, multi morientur, omni loco p̄ficiet silentiū. Nimirū dum ostenso uincino pomorū dicit dñs: uenit finis sup populum meū Iſrahel, subaudiendum est, propter uincinum istum siue propter illud quod significat uincinus iste pomorum. Hanc autem esse auaritiā (sicut iam dictum est) sequentia declarant. Sequitur enim

Audite hoc qui conteritis pauperes, & deficere facitis, egenos terre, dicentes, quando transibit messis, & uenudabimus merces & sabbatum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram & augeamus, sycolum, & supponamus stateras uolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamētis, & quisquias frumenti uenudemus. Itemq; post aliqua. **Vidi (inquit) domum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria.** Auaritia enim in capite omnium. ¶ Igitur dum causam malorū, quæ uentura erant, esse asserit auaritiæ crimen, mirum & mirabiliter congrua similitudine illam denotat, præostendens uincinum pomorū. Uincinum, quo arboris rami attrahi solent ad carpenda poma, quæ manu attingi nō possunt. Vt uicā profecto est auaritiæ manus, nec unq; nisi ad accipiendum extenditur. Porro homines aliquid habentes, ueluti rami sunt, poma candida siue rubicunda, uisūq; pulchra & ad uelendum delectabilia gerentes. Talibus auaritia callide insidiatur, cuiuslibet artis uincinum imitans, crebroq; conuoluens silenter dum timet audiri, ut & damnum fiat poma detracta, & tamen possessor non percipiat, donec iam saturato fure, damnum suum tarde reperietis gemat. Vera & conueniens in hac ostensione similitudo, dum & auaritiæ dolus uincino, & bona temporalia, circa quæ laborat auaritia, pomis assimilantur. Pomū quippe res leuis est, maximēq; pueros mulcet, uiris autem, & maxime sanis pro minimo est. Sic nimis bona presentis seculi leuia sunt, & eos quidem qui sensu paruuli sunt, nimis oblectant, sapientibus autem qui celestia sapiunt contemptibilia sunt. Quotiens autem Ecclesiastici uiri animam temperant homines attentauerint, ut sibi conformē faciant, recte conquerendo de illo dicas illud Iſraheliticum: **Posuerunt Hierusalem in pomorū custodiam. Et alibi, Sanctus uir, respiciens & con-**

Bona tempo-
ralia sicut po-
mum.

Psal. 78.

merans uacuos menses suos: **Dies mei (inquit) uelociores fuerunt cursore, fugerunt & non**

Iob. 9